

4

IV. SCHOLAE IDEA.

SERENISSIMUM PRINCEPES AC DOMINUM,

DOMINUM
FRIDERICUM III,

DUCEM SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE AC
WESTFALIAE, COMITEM PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONEM MISNIAE,
PRINCIPIS DIGNITATE COMITEM HENNEBERGIAE, COMITEM MARCAE
ET RAVENSBERGAE, DYNASTAM RAVENSTEINI,
TONNAE, RELIQ.

PRINCEPES AC DOMINUM NOSTRUM LONGE CLEMENTISSIMUM,

QVVM

EXOPTATISSIMO OPTIMI PATRIAE PRINCIPIS NATALI,

QVI IN FASTIS EST VII. KAL. MAII, A. R. S. cfo 19CC L,

QVATVOR LITTERARVM HVMANITATIS STVDIOSI

VOTIS DEVOTISSIMIS SVNT EXCEPTVRI,

VT VIR

EXCELLENTISSIMVS A BVCHWALD,

CVIVS PRINCIPIS AMICI NOMEN INSTAR OMNIVM HONORIS TITVLORVM,

ILLVSTRES AC GENEROSISSIMI AVLAE PROCERES,

MAXIME VENERABILIS, PRAENOBILISSIMVS, NOBILISSIMI, IVRE CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,
PLVRIMVM ADMODVMQVE REVERENDI, CLARISSIMI, PRVDENTISSIMI, DOCTISSIMIQVE VIRI,

EPHORVS, CVRATORES, FAVTORES REIQVE SCHOLASTICAE

AMPLIFICATORES

EA, QVA SOLENT, FREQVENTIA, QVAE TAM VENERANDA, QVAM GRATA,

COMPARERE HAVD DEDIGNENTVR,

QVAM HVMILLIME, OBSEQVIOSISSIME, HVMANISSIME

ROGAT INVITATQVE

M. IO. DAVID GSCHVEND,

RECTOR.



GENAE, LITTERIS WERTHERIANIS.



nimo perlustratis terrarum orbis imperiis rebusque publicis, simulac volutatis summorum Principum indole et tota vitae consuetudine, non suspensi tenebimur, utramque terrarum fortunam ab his pendere. Delato ad Augustos Antoninos imperio aequae respublica floruit, quam qua tempestate alter omnium felicissimus, alterque omnium optimus rerum potius est; ac ciuitate crudeli dominatu pressa quam miseram et in breui quam celerem commutationem animaduertimus! Ita omnino habet, stabilis aut grauius non esse,

vi quod fiat, quam illud, quod clementia adiungatur.

Fortunam ipsam anteire suis terrae FRIDERICIANAE fortunis videntur. Verumtamen quod litterarum studia, quibus quid dulcius et nobilius? quod agrorum cultura, qua quid melius? quod mercatura, qua quid quaestuosius? perpetua felicitate floreat, post DEVM O. M. est SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI FRIDERICI III. DVCCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM ANGARIAE QVOQVE AC WESTFALIAE, COMITIS PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, COMITIS PRINCIPIS DIGNITATE HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI, TONNAE, rel. solius muneris; PRINCIPIS, pietate praediti, cui fectorum numinum cultus nihil, iustitia, cui iniquitatis nihil, clementia, cui crudelitatis nihil, moderatione, cui iracundiae nihil immixtum; PRINCIPIS, CVIVS praecipuum opus Amicos parare.

Saluis proinde tanto sub PRINCIPLE omnibus, saluis in his pariter Musis vnum et assiduum est bene precandi negotium, inque optatis habent, ut, quae ardentissime precantur, PRINCIPVM OPTIMO eueniant. Nec desinet DEVS audire, quas inprimis auspiciatissimo CLEMENTISSIMI PATRIAE PRINCIPIS Natali preces futuri sum.

ADOLESCENTES HVMANISSIMI
PIETATIS, LITTERARVMQVE AC MODESTIAE STVDIOSISSIMI,
IOHANNES FRIDERICVS GSCHWEND, Alenburgenſis,
IOHANNES FRIDERICVS CHOINANVS, Flurstadio Thuringus,
CHRISTOPHORVS LVDOVICVS GRIESHAMMER, Rodanus,
IOHANNES FRIDERICVS ECKARDT, Parchno Hermudurus,

quorum primus Saxonum Delicias lingua vernacula cantabit; iste indubitatum Friderici sapientiae notionem oratione Latina inuestigabit; ille de Reipublicae futuri oratione Germanica disseret; hic de Lubilavorum origine idiomate Latino non contemnenda proponet.

Nec cessabit DEVS et precibus de regiminis felicissimi, saluſis integerrimae, annorum vitae dulcissimae MITISSIMI PRINCIPIS, vt et de cuiusvis prosperitatis SERENISSIMAE AC MVLTIO CLEMENTISSIMAE DVCCIS, SERENISSIMI PRINCIPIS HAEREDIS, AC TOTIVS DOMVS SAXONICAE GOTHANAE SERENISSIMAE perennitate meis deuotissimis quam clementissime annuere.

Nuncupatis, quae pietatis officium deuotissimum exegit, votis ardentissimis mentem in Scholae instituto fixam et hac vice ostendere liceat.

In Scholae cognatis, quae Synonyma alias dicere consueſcimus, vltimum legimus Athenaeum, quod quidem si tribuitur Scholae, non tam insolenter actum videtur, ac si velles eam vocare Academiam: nam heic altiora, ad quae in Schola ingenuarum artium cultores praeparandi sunt, a Doctõribus proponuntur. Quodsi tamen in ipsius Academiae originem inquieris: eam ad instruendos scientiis vtilissimis auditores pritorum Philosophorum praestantissimus Ciceroni tantus, vt male sese cum eo errare, quam cum aliis recte sentire scribat, quam libentissime vsus fuisse legitur. Vt Tullivillam hitori impostam et ab Auerno Puteolos tendentibus obuiam, celebratam portu

cu et nemore, idem sortitam nomen festinanter transeam, Saeculo a salutis humanae restauratione XV. obsoletam *Academiae* appellationem Purpuratum *Bessarion* instaurandam curauit: inita enim cum viris doctissimis *Platonem* aequae magni facientibus societate in sua ipsius domo, quam *Academiae* nomine ornabat, conuenus celebrabatur frequentissimus. Ab eo tempore societates docentium ac discipulorum docendi discendique causa congregatae *Academiae* dictae esse feruntur; quamuis rectius Ciceroniano eoque scito *Vniuersitatis* vocabulo vtereris; quod docentes ac discipulos vnum faciunt ceterum & vniuersi discendi auiditate flagrant in vniuersis scientiis erudiuntur.

Idem vero, quod de Vniuersitatibus protuli, de Schola dici nequit, vt vt *Scholam* etiam habeas docentium aequae ac discipulorum societatem publica autoritate constitutam, in cuius autem Classibus inferioribus pueris prima litterarum et calligraphiae elementa, nec sanctae religionis solum, sed et linguae Latinae et Graecae principia traduntur; in superioribus ephabi Praeceptorum fidei ac curae commissi horis aliquot quum ante meridiem, tum a meridie et ad linguarum necessariorum disciplinarumque et artium vtilium, positissimum autem ad *SVMMI NVMINIS* veram vitamque cognitionem ac reliquas e pietatis fonte emanantes virtutes a prava vitiolorum consuetudine abducti ducuntur et methodo, qua fieri potest, accommodatissima instituuntur, vt gloriae diuinae ratio in primis habeatur, simulac eadem institutio ex vsu sit reipublicae, et ipsorum discipulorum salus emolumenta atque incrementa capiat vberissima.

Scholam, cum qua sic comparatum est, nonne dignam autumes, quam optimam recte viuendi ducem, veram virtutum amicum atque magistrum, insensam contra ea vitiolorum inimicam, proinde *SPIRITVS SANCTI* officinam, reipublicae columnam, societatum altricem Viri appellent cordatissimi? *Mores* quam boni vigent! humanitatis litterae quae indices incrementa capiunt! quantopere vitae securitas augetur!

DEVM, omnis sapientiae fontem, institutionis principem et autorem statuendum esse, equis est, qui in dubium vocet? Qui liberis solertem, doctrinam atque optimarum artium studiis eruditum acciunt doctorem, sapere quidem videntur. Verum enim vero vt is intellectionem modo emendandum, litterisque et artibus expoliendum ac implendum curat, parum de corrigenda voluntate sollicitus; sicque rectius teneris consuli putatur mentibus, vt animarum salutem in primis prospiciatur et morum formator hoc nihil prius, nihilque antiquius ducat: quem supremum existimamus *DEVM*, grauissimum monitorem, vt in tuenda animae salute curae plurimum homo consumat? Quod consilium mortalium primi ni neglexissent, nec incauta praeepti de non comedendo e scientiae boni mali que arbore transgressione integritatis statum quam foedissime deturpassent: an publicis Scholis locus foret relictus, animi pendeo. Quibus vero intellectu densissimis tristissimo lapsu tenebris circumfuso et tam perditam hominis voluntate carere nequimus, tantumque abest, vt *SVMMI NVMINIS* decreto sanae rationis beneficio mortalibus innotescerent et eos ad faciendum vel omitendum, quod cum hominis natura conuenit, vel eidem repugnat, obliganti aduersae sint docentium discipulorumque societates, vt potius corrupta ipsius indole perispecta ac sine probe ponderato, quo elegantibus discipulis scientiis imbuendi, bonisque moribus reipublicae vtilitatis causa induendi, necessariae quam maxime sint habendae.

Quumque parentum plurimi vel nequeunt naturali ingenii facultate destituti, vel impatientia, iracundia, morositate aut vitae commoditate nolint suos ipsorum liberos in litteris artibusque instituire; nec vnus hominis sit vni vacare, quod idem magistro molestum ac odiosum, totam in vno diem consumere, nec vna eademque et perpetua discipuli attentio esse potest; vt damnum menti, quae priuata vitur institutione, illatum silentio premam, quod aut languescit, aut vana eruditionis persuasionem intumescit, et nihilo tamen fecius, quando studia in publicum proferenda, adolescentulo rubor subfunditur: publicas Scholas privatis longe praefereudas esse non solum clare apparet, sed et admodum liquet, Scholas non repugnare *Juri Naturae*, nec *DEVM* negare autorem.

Desuper quod publici Scholae Doctores toti in eo sunt, vt cum pueris studiosa iuuentus virtuti eruditionique et honestis moribus assuefiat: quis, quae-

to,

Vo, hos dulcissimos Iuris Naturae fructus esse non intelligit? Cui inter aureae
 aetatis Scriptores omnium Eruditorum consensu primae debentur, de *Officiis*
Lib. III. C. 8. hac in re mihi adfentitur: Quodsi nihil, *inquiens*, est tam contra
 naturam, quam turpitudō; recta enim et conuenientia & constantia natura de-
 siderat, aspernaturque contraria; nihilque tam secundum Naturam, quam vti-
 litas: certe in eadem re vtilitas et turpitudō esse non potest. Itemque si ad
 honestatem nati sumus eaque aut sola expetenda est, vt Zenoni visum est, aut
 certe omni pondere grauior habenda, quam reliqua omnia, quod Aristoteli placet:
 necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum; quod
 autem bonum, id certe vtile. Quam ob rem non contra Naturam esse con-
 stat, pueros et adolescentulos, quibus aliquando reipublicae vtilitati inseruien-
 dum, magistros eligere non poenitendos: quod absque fideli eorundem insti-
 tutione idonei fieri nequeunt. Nec ita comparata est Naturae ratio, ac si ab
 eadem longissime disiunctum esset Iustitiae decus, nec vlla legum aequitate ne-
 gotia forent adstricta. Quapropter hoc fieri et oportet et opus est, qui prae-
 stat aliis ingenio et scientia, vt hos erudiat, pariter ac erudiendorum salutis sit
 studiosissimus; cui, quod socialiter viuendum est, satis ponderis additur. Fi-
 deliter porro et diligenter discendi cupidos docere, reipublicae interest, fa-
 citque permulsum ad conseruandam securitatem atque tranquillitatem. Adhi-
 ctus certe, institutioni loco non relicto, et calamitosus est barbararum gentium
 status: reuerentiae, qua verus DEVS excipiendus, penitus sunt expertes; se-
 ditiones, tumultus et quaeuis domestica intestinaque mala saepenumero ori-
 untur et vere in feros rerum Dominos accidunt, quae in *Senecae Thyeste vers.*
598. 652. s. leguntur:

Ina permutat brevis hora summis;

Quem dies vidit veniens superbum,

Hunc dies vidit abiens iacentem.

Id quod eorum animos, penes quos summum imperium est, ad Scholarum
 statum recte constituendum et prudenter fortiterque tuendum excitatos stimu-
 lare deberet. Quid de populorum consensu dicam? Quae gens tam immanis,
 tam ferox, vt ne curas cogitationesque in liberis instruendis defigat? Prae-
 termitto Chaldaeos, apud quos litterarum studia floruisse magna consensione
 ad vnum omnes tradunt; nec Persas moror, quorum Magi sapientiae studiis
 litterisque vacarunt; nec Phoenices, quorum longe maxima apud veteres cele-
 britas, quam litterarum studiis et praestantissimarum artium inuentione sibi
 compararunt. Praeterire autem nequeo Zabios Arabum doctrinā quondam
 eminuisse; Saracenos magna terrarum orbis parte superata litteris operam
 nauasse, & ad Celtarum Druides magnum adolescentum numerum disciplinae cau-
 sa concurrisse, *Iulio Caesare* armis litterisque clarissimo teste *Lib. VI. C. 13. de*
bello Gallico: In omni Gallia eorum hominum, qui aliqui sunt numero atque
 honore, genera sunt duo: alterum est Druidum, alterum Equitum. Illi rebus
 diuinis interfunt, sacrificia publica et priuata procurant, religiones interpre-
 tantur: ad hos magnus adolescentum numerus disciplinae causa concurrat, mag-
 noque ii sunt apud eos honore: nam fere de omnibus controuersis, publicis
 priuatisque constituunt; et si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de
 haereditate, de finibus controuersia est, iidem decernunt, praemia poe-
 nasque constituunt. *Tantum et hac vice.*



IV. SCHOLAE IDEA.

~~~~~

SERENISSIMUM PRINCEM AC DOMINUM,

DOMINUM
FRIDERICUM III,

DUCEM SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE AC
WESTFALIAE, COMITEM PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONEM MISNIAE,
PRINCIPIS DIGNITATE COMITEM HENNEBERGIAE, COMITEM MARCAE
ET RAVENSBERGAE, DYNASTAM RAVENSTEINI,
TONNAE, RELIQ.

PRINCEM AC DOMINUM NOSTRUM LONGE CLEMENTISSIMUM,

QVVM

EXOPTATISSIMO OPTIMI PATRIAE PRINCIPIS NATALI,

QVI IN FASTIS EST VII. KAL. MAII, A. R. S. MDCCCL.

QVATVOR LITTERARVM HVMANITATIS STUDIOSI

VOTIS DEVOTISSIMIS SVNT EXCEPTVRI,

VT VIR

EXCELLENTISSIMVS A BVCHWALD,

CVIVS PRINCIPIS AMICI NOMEN INSTAR OMNIUM HONORIS TITVLORVM,

ILLVSTRES AC GENEROSISSIMI AVLAE PROCERES,

MAXIME VENERABILIS, PRAENOBILISSIMVS, NOBILISSIMI, IVRE CONSVLTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,
ELVRIMVM ADMODVMQVE REVERENDI, CLARISSIMI, PRVDENTISSIMI, DOCTISSIMIQVE VIRI,
EPHORVS, CVRATORES, FAVTORES RELIQVE SCHOLASTICAE

AMPLIFICATORES

EA, QVA SOLENT, FREQVENTIA, QVAE TAM VENERANDA, QVAM GRATA,

COMPARERE HAVD DEDIGNENTVR,

QVAM HVMILLIME, OBSEQVIOSISSIME, HVMANISSIME

ROGAT INVITATQVE

M. IO. DAVID GSCHVEND,

RECTOR.



GENAE, LITTERIS WERTHERIANIS.

ducitur, quo Hesiodus Ege. 146.
vina
bono patri familias, vt nudus
modo inseruendum, sed e re.
iat. Idem fecisse perhibentur
as, quo ad luctandum hoc agi-
non longe abit. *Alastra*, apo-
rorum principi non inuitatum.

ituebantur tyrones, vt decen-
umque compositi motus palae-
Hodie illustriores hoc Gy-
cepto a parili, qui in omnibus
tem praefere ferre videntur splen-
proponantur. Grauisimum
43, de illis est iudicium: Dafs

